

*Virgo * μισόγαμος.*

* EUBULUS, CATHARINA.

Eu. **G**Audeo tandem, finitam esse cœnam,
ut liceat hac frui deambulatione; qua
nihil amœnius. *Ca.* Et me jam tardebat ses
sionis. *Eu.* Quam vernal, quam arridet un
dique mundus! Hæc nimurum est illius ado
lescentia. *Ca.* Sic est. *Eu.* At cur tuum ver non
æque arridet? *Ca.* Quam ob rem? *Eu.* Quia sub
tristis es. *Ca.* An video alio vultu quam soleo?
Eu. Vis ostendam te tibi? *Ca.* Maxime. *Eu.* Vi
des hanc rosam sub imminentem noctem fo
liis contractioribus? *Ca.* Video. Quid tum post
ea? *Eu.* Talis est vultus tuus. *Ca.* Bella col
latio. *Eu.* Si mihi parum credis, in hoc fon
ticulo contemplare te ipsam. Quid sibi tan
dem volebant, & inter cœnandum, tam crebra
suspiria? *Ca.* Desine percunctari, quod tua
non refert scire. *Eu.* Imo mea refert maxi
me, qui non possum esse hilaris, nisi te quoq;
videam hilarem. Ecce autem iterum suspiriu
m, hui quam ex imo pectore ductum! *Ca.* Est
quod angat animum, sed effari non est tu
tum. *Eu.* Mihi non dices, quite cariore hab
bo sorore propria? Mea Catharina, ne verere,
quidquid est rei; * tuto depones his auribus.

Ca.

Misogymnos Abhorrens à nuptiis. Eubu
lus] Bonus cōsulter. Qui bene consulit, eū bene, βγλή,
cōsilium. Tuto depones] Deponit magistratum,
qui se abdicat magistratu: deponit pignus, qui certat:
& deponit, qui rem suam servandam tradit aliena
fidei. Sic Horatius, Quicquid habes, age, depon
tuis auribus.